

## Galatrum

- 279

pite eius coronaz de lapide precioso. Uitam petijt a te ⁊ tribuisti ei: longitudinē dierum in seculum ⁊ in seculum seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones super eum. Quā dabis eum in benedictionem in seculū seculi: lenificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quā rex sperat in dño: ⁊ in misericordia altissimi nō cōmouebitur. Inueniat manus tua oibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderūt. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos: et deuorabit eos ignis. Fructum eorū de terra perdes: ⁊ semen eorum a filiis hoīū. Quoniam decinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia que non potuerunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum in reliquijs tuis preparabis vultū eorū. Exaltare domine in virtute tua: cantabimus et psallem⁹ virtutes tuas. In finem ps̄ dauid pro susceptione matutina.

### XXI

**D**eus deus respice in me quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorū meorum. Deus meus clamabo per diem et non exaudies: ⁊ nocte ⁊ non ad insipientiam mihi. Tu autem in sancto habitas laus israel. In te sperauerūt patres nostri: sperauerunt ⁊ liberaisti eos. Ad te clamauerunt ⁊ salui facti sunt: in te sperauerunt et non sunt confusi. Ego autem sū vermis ⁊ non homo: opprobrium hominum et abiectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labijs ⁊ mouerunt caput. Sperauit in domino et eripiat eum: saluum faciat eum quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vteribus matris mee: in te proiectus sum ex utero. De ventre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me. Quoniam

tribulatio proxima est: quoniam non ē qui adiuet. Circūdederunt me viruli multi: tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens et fugiens. Sicut aqua effusus suz: ⁊ dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanq̄ cera liquecēs in medio ventris mei. Auit tanq̄ testa virtus mea: et lingua mea adhesit faucibus meis: ⁊ in puluerem mortis deduxisti me. Quoniam circūdederunt me canes multi: concilium malignantiū obsedit me. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerūt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt ⁊ inspererūt me: diuiserunt sibi vestimenta mea ⁊ super vestem meam miserunt sortem. Tu autem domine ne elongaueris auxiliū tuum a me: ad defensionem meam conspice. Erue a framea deus animam meam: et de manu canis vnicaz mea. Salua me ex ore leonis: ⁊ a cornibus vnicorū humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Qui timentis dominum laudate eum: vniuersum semē israel glorificate eum. Timeat eum omne semen israel: quoniam non spreuit neq̄ desperit deprecationem pauperis. Recauerūt faciem suam a me: ⁊ cum claram ad eum exaudiuit me. Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddā in conspectu timentium eum. Edēt pauperes ⁊ saturabuntur: ⁊ laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent corda eorū in seculum seculi. Reminiscēt ⁊ cōuertēt ad dñm: vniuersę fines terre. Et adorabunt in conspectu eius vniuersę familie gentium. Quā dñi ē regnū ⁊ ipse dñabit gentiū. Manducauerunt ⁊ adorauerūt omnes pingues terre: in conspectu eius cadēt oēs qui descendūt in terrā. Et aīa mea illi viuet: ⁊ semē meuz semiet ipsi. Annūciabit dño generatio vterū: ⁊ annūciabūt celi iusticiā eius: